



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

82. An Pontifex possit dispensare, ut quis contrahat matrimonium cum uxore fratris sui, vel ut foemina nubat viro suæ sororis? Ex quo deducitur, quod nullus affinitatis gradus in linea transversa ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

In ordine ad Sacramenta. Resol. LXXXII. 109

item dicendum esse de matrimonio ani & neptis vel avie & nepotis. Ex quo sequitur posse Pontifices ex iusta causa dispensare, ut affines in primo gradu legitime recte inter se matrimonium contrahant. Doctores pro hac sententia adduci ad fatietatem ubi supra, quibus non addo me citato. Aucrsam de sacram. Matrim. q. 17. s. 2. & Caramuelem in Theol. moral. lib. 2. n. 191. ubi sic ait: Petis utrum affinitas dirimat matrimonium ipso iure naturae? Qui assurgunt levi fundamentum, ac propterea negativam sententiam eligo quam apte Bassæus vocat probabilioris; & proba sic: Sæpe Ecclesia dispensavit in primo gradu affinitatis: ergo potuit. Patet consequentia, quia alias diceretur excedere limites propriæ auctoritatis, quod esset manifesta iniuria Tunc sic: Atqui si affinitas ex natura sua matrimonium dirimeret non posset Ecclesia dispensare: ergo Minoris proba. Ecclesia non habet auctoritatem mutandi essentiam rerum: ergo sicut non potest concedere quod homo non sit rationalis, non oterit concedere, quod summus affinitatis gradus matrimonium non dirimat, si affinitas, & matrimonium ex se, & necessarii opponantur. 13. Ecclesiam dispensasse in primo affinitatis gradu dixi, dixerunt ante me Bassæus verb. Matrimonium, n. 71. & alij, in quorum gratiam, & confirmationem aliquas dispensationes recensito, quæ ab Ecclesia concessæ hodie inveniuntur authenticè adnotatæ. 14. Dnas forores successivè duxit Emanuel Lusitanorum invictissimus Rex Alexander III Pontifice Romano dispensante. Catharina vxor fratris sine prole defuncti, nupsit Henrico VIII. Angliæ Regi ex Iulij II. dispensatione. 15. De nouerca, cum sit in primo etiam gradu est eadem omnino difficultas, Bellarminus controvers. de mar. lib. 2. de impedim. & ex eo Beyerlingius, in Theora, verb. matrimon. pag. 328. nunquam dispensatum fuisse ab orthodoxa Ecclesia credit. Bassæus autem in florib. verb. matrimon. n. 72. (cito edit prim.) non matrimonium solum, sed & matrimonia fuisse celebrata cum noueris ex dispensatione Ecclesiæ affirmat, sed non probat. Ita Caramuel.

RESOL. LXXXII.

An Pontifex possit dispensare ut quis contrahat matrimonium cum vxore fratris sui, vel ut famina nubat viro sue fororis? Ex quo deducitur, quod nullus affinitatis gradus in linea transfusa dirimit matrimonium iure naturæ? Ex part. 8. tit. 1. Ref. 88.

Negat Paludanus in 4. dist. 41. q. 1. art. 5. conclus. 2. & aliqui ex veteribus, & mordicus sustinent hanc sententiam. Nouerotes nostri temporis. Probat hanc opinio, quia in cap. gaudemus, de dispensat. decernitur, infideles coniunctos in secundo gradu separandos non esse; ergo ut notum est supponitur, secus esse in primo gradu atque idem in eo gradu irritum esse iure nature matrimonium. Verum ego iuto affinitatem ex copula coniugali in primo gradu lineæ transfusæ, non dirimere matrimonium iure naturali & proinde posse Pontificem ex iusta causa inter dictos affines dispensare, ut matrimonio copulerentur. Probat hanc opinio, quia in antiquo Testamento Iacob accepit duas forores in vxores, Genes. 29. Thamar nurus Iudæ Patriarchæ matrimonio iuncta est duobus eius filiis, Genes. 38. que tamen non reprehenduntur à Scriptura, nec indicatur in diuina dispensatione factum.

Tom. III.

3. Secundo, Levit. 18. dicitur Sororem vxoris tue pellicatum non ac civies nec reuelabis turpitudinem eius illa vivente quibus positæ sunt verbi indicatur non fuisse illicitum in antiquo Testamento accipere in vxorem sororem coniugis defunctæ. 4. Tertio Pontifices aliquoties dispensarunt ut affines in eo gradu matrimonium inter se contraherent Alexander VI dispensavit cum Emanuele Rege Lusitanæ, ut acciperet in vxorem sororem vxoris defunctæ. Iulius II. dispensavit cum Catharina vidua Regis Angliæ, ut copularetur fratri mariti defuncti omnibus penè orbis Christiani Academiis tale matrimonium approbantibus. Videri potest Nauarr. c. 12. n. 84. Clemens VIII. dispensavit cum Rege Polonia, ut acciperet in vxore sororem vxoris defunctæ. Denique licet inter huiusmodi personas sit satis à æta necessitudo, quæ reddat matrimonium aliquo modo indecentissimè lubit causa non tamen est tanta ut illud irritet. 5. Dices primo Math. 14. Ioannes Baptista dicebat Hero di: Non licet tibi habere eam, scilicet Herodiam vxore fratris tui, cum tamen Herodes Gentilis legibus Iudaicis non astringeretur, & proinde eius matrimonium debuerit esse irritum iure nature Respondeo, fuisse vere irritum iure nature, quia acceptat eam in vxore, si ante suum vium ut plures in illud locum oblerant Vide Hieronymum. Vel si dicamus cum quibusdā fratre Herodis mortuum fuisse, dicendum nihilominus non licuisse ei vxorem fratris sui accipere in vxore cum Herodes profiteretur legem Iudaicam, quæ prohibebat fratre matrimonio copulari vxori fratris defuncti, ut patet Lev. 18. quæd scilicet frater reliquerat semen, ut hic contigit. 6. Dices secundo, cap. citato Levit. dicitur: Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis Respondeo, hanc legem in nouo Testamento non obligare Adde intelligi, quando maritus defunctus reliquerat semen, nam ex c. 25. Deuter. constat licuisse vxori coniungi fratri viri sui, qui semen non reliquerat. 7. Dices saltem, quo casu proles relicta est ex priori matrimonio, vxor videtur iure nature prohiberi, ne fratrem defuncti in maritum accipiat, ut patet ex c. ultim. citato ubi Pontifex concedens, ut ij qui cum relicta fratris sui matrimonium inierant cum ea remaneant, addit, fratribus decedentibus sine prole. Respondeo: Pontificem non velle eo solo casu remanere, sed vel maxime posse eo casu. Ex his patet nullum affinitatis gradum in linea transfusa matrimonium dirimere iure nature. 8. Potest igitur Pontifex in illo dispensare sicut de facto dispensauerit. Vnde apponā hic verba Franc. Ramos in consulti. iuridic. & c. de hoc casu, n. 437. ubi sic ait. El Pontifice Alexand. VI. di. sponso año 1500. con D. Manuel Rey de Portugal. para que casasse con la Infanta Dora Maria hya de los Senores Reyes Catholico, y hermana de la Reyna Doña Isabel de qui en estava viudo. como lo refiere despues de oras el padre Ioan de Mariana, lib. 27 de su historia de España c. 8. y de los Theologos el Cardinal Caietano in 2. 2. D. Thomas q. 154 art. 9 in glossa respons. ad 3. 9. Pocos años despues en el de 1509. Julio II. successor de Alexandro dispensó con Henrique VII. Rey de Inglaterra, para que casasse con la Reyna Dona Catharina hija de los Reges Catholicos, y viuda de Armas, Principe de Gales, hermana de Henrique como testifica Henrico Spondano; in anuario anal. Baron. anno 1509. Mariana lib. 26. c. 17. y demas de auer confirmado esta dispensacion Leon. XI. y Adriano VI. hauido despues a causa del deseyrenado appetio de aquel Rey mouido pleyto sobre el valor de la dispensacion, y matrimonio, la confirmo y la declaro, per legitima con parecer de las Vniuersidades Catholicas de Europa, y assenso del

K

LA N A
omnia
D. III. IV. V
E III

del Eminentissimo Collegio de Cardinales en publico Consistorio Clemente VII. en veinte y tres de Março año de 1534. cuya sequentia, y decreto pone a la letra el P. Fr. Alfonso de Castro lib. 1. de potestate legis panalis cap. 12.

20. El mismo Clemente VII. dispensó con el Adelantado Pedro de Almagro Governador de un gouerno particular de las Indias Occidentales para que casasse con Beatriz hermana de Francisca su primera muger, como escrime Guillermo Estio sobre el 4. de las sentencias, dist. 43. §. 1.

11. Clemente VIII. con el Duque de Fracauilla para el matrimonio que contraxo con hija del Conde de Salinas despues de auer estado casado con otra hermana, hija tambien del Conde vease a Fr. Luis de S. Iuan sobre el 4. de las sentencias, tom. 1. q. 6. art. 7. conc. 1.

12. Gregorio XIII. con la Condesa de S. Gadea para que sin embargo del voto de castidad, que auia hecho en manos de un Obispo casasse con su tio hermano de su padre; con quien antes auia estado casada otra hermana suya, que fue disposacion de tres impedimentos de los mayores; assi afirma el P. Henrique in Summa 2. p. lib. 1. c. 3. n. 9. littera D.

13. Paulo V. con Sigismundo Rey de Polonia, para que casase con la Archiduquesa de Austria, hermano de su muger primera testifico el P. Estuan Baumio de Sacramentis tr. 12. q. 2. §. de impedim. affinit. conc. 1. c. 3.

14. Ultimamente en nuestros dias he visto copias de dispensaciones de nuestro muy S. Padre Urbano VIII. en España con D. Miguel de Noroña, y D. Maria de Castro hija del Marques de Castel Rodrigo, y en Flandes con Claudio Lamoral Principe de Ligne, y Clara Maria de Ligne Princesa de Nassau, y prima hermana suya para que no obstante esse impedimento, y el de ser Doña Maria hermana de la muger primera de D. Miguel, y la Princesa de Nassau viuda de hermano de Principe de Ligne, pudiesen contraher matrimonio.

15. Estas razones, y sobre todas las autoridades del decreto de Clemente VII. y demas exemplares referidos, ha hecho que despues de los la primera opinion que afirmamos no ser dispensable por su santidad el impedimento del primer grado de afinidad en los transuertos, no solo se vea que probable, sino falsa, y erronea como la calificó el P. Fr. Alfonso de Castro, de potestate legis panalis, lib. 1. c. 12. y otros graues Autores, y la opinion segunda, que seguimos de que este impedimento es dispensable este como esta oy fuera de toda controversia, y disputa entre Catholicos, ita ille, qui postea pro hac sententia plures Doctores adducit, quibus adde Theologos subscriptos in quodam voto impresso in praxi Genuensi, edita Romae apud Maffardum anno 1630. c. 10.

16. Restat modo respondere ad argumentum de sumptum ex e. gaudemus, de diuortio, & respondeo ibi solam esse fermonem de gradibus consanguinitatis, & de illis quo pacto sit intelligendum supponere eum Martinum Perez de matrim. disp. 38. sect. 5. n. 1. quod ibi quaesitum fuerat à Pontifice an Paganus qui in secundo, vel tertio, vel vltiore gradu linea transversalis contraxerat matrimonium in Paganismo postea ad fidem conuersi post Baptismum, deberet simul remanere, vel ab invicem separari Responder non esse separando, quia in praedictis casibus Paganicitate contrahunt matrimonium, quia constitutionibus Canonice non ardeantur. Ergo aperte definit Pontifex salte virtute, non esse valida iure natura matrimonium illa in secundo, tertio, & vltioribus gradibus Nec vero inde inferendum est cum Soto in 4. disp. 40. quest. 2. nica, art. 4. manifeste praedicto textu definiti in primo gradu esse irritum matrimonium iure natura. Quia hoc non fuerat à Pontifice postulatū, & ita nihil circa hoc eo capite eecernit, Quare ibi fo-

Sap. hoc su-
pra in Ref.
29. §. Verum,
ad medium,
& §. Restat.

lum declarauit id quod certum erat, relinques. primum gradum, qui tunc dubio manet. Sicut ex eo quod Concilium Tridentinum sess. 14. de Penitentia, can. 7. debeat, circumstantias mutantes speciem esse necessariò confitendas; non sequitur declarare, eas, quae non mutant, sed intra eandem speciem notabiliter aggravant, non esse necessariò in confessione explicandas. Paterea idem ostenditur, quia viri in Scriptura sacra valde commòdati inierunt matrimonium in secundo gradu. Abraham enim duxit Sarā, quae aliter dicta est Isecha, filiam fratris sui Aram, vt patet Gen. 11. Aram quoque Pater Moysi duxit Iochabed, sororem patris sui, Exod. 6. n. 20. quā hī Latinus textus vocat patruelē; sed Habreus textus habet patruam. Signum igitur est inter hos consanguineos matrimonium iure naturae irritū non esse. Rursus idē constat ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformatione matrimonij c. 5. vbi statuit, vt in secundo gradu nunquā dispiciatur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. At dispiciari ab Ecclesia non potest in hoc gradu, si matrimonium in hoc ipso gradu contractū alio iure quā Ecclesiastico, nempe iure naturae esset irritū. Et certē quod iam saepius ab Ecclesiae capite Romano Pontifice, tā in hoc, quā in vltioribus gradibus, re ipsa dispensatū non dubiū est. Denique idē ratio satisfacere videtur, quia inter eos consanguineos in linea transversa, nulla est superioritas naturalis, & à secundo gradu non est tāta sanguinis cōiunctio, vt in eorū carnali cōiunctione fiat reuera notabilis, quāvis nōnulla appareat in decetia, praesertim in secundo gradu.

RESOL. LXXXIII.

An Pontifex possit dispensare ex iusta causa, vt matrimonium in eatur inter auiam & nepotem, vel inter auiam & nepotem?
Et docetur matrimonium inter auiam & nepotem, & inter nepotem & auiam esse validum iure natura?
Ex part. 8. tr. 1. Ref. 69.

§. 1. Negatiue videtur respondendum; quia inter dictos matrimonium de iure naturae est interdictum. Et ita tenet Coninck de Sacram. disp. 32. dub. 1. n. 16. conc. 3. vbi sic ait: Videtur ibidem dicendum de matrimonio aui & nepotis, aui & nepotis, & probabiliter absolute de omnibus descendenti- bus respectu ascendentiū per lineam rectam. Ita etiam expressè deciditur L. nuptiae 53. & l. de ff. de rit. nup. tiarum, quae sumptae sunt ex Caio, & Paulo antiquis Iuriconsultis; in quibus dicitur ascendente in infinitam iure gentium (qua ratione Iuriconsultius iure naturae appellant) incestuosas nuptias contrahi, easque consistere non posse. Et merito; quia hi omnes dicuntur verè parentes, & debetur iis naturaliter idem honor, qui patri, & matrimonio secundum receptissimam consuetudinem maior, tanquam veris, & altioribus principiis. Et apud omnes gentes haec matrimonia non fuerunt minus abominabilia, quā patris cum filia; imò huius exempla facilius reperies, quā illorum. Atqui vt patet ex dictis n. 13. & 14. matrimonium patris & filiae idē precipue à Deo negatum iure naturae est irritum, quia est contra reuerentiam parenti debitam; ergo vbi similis iure naturae debetur reuerentia erit similiter irritum.

2. Nec obstat, quòd cap. non debet de consanguinitate dicitur hanc non dirimere matrimonium vltra quartum gradum, quia loquitur de consanguinitate in linea transversa, non autem in recta; quia ius non cōsiderat casus moraliter impossibiles, qualis est, vt quis

Sap. contro-
to in hoc
Ref. supra in
R. C. 1. q. 2.
nunciet in §.
1. de que, de
sum. sed lege
tam. per to
§. 1.
cin
tia
op
me
lu
di
eti
&
ell
un
nor
fir
lia
2.
re